Amplissime Magistratus!

Quanquam nec pro illa peculiari Gratia, & commiseratione, ex qua A. Magistratus tam relate ad meam paupertatem, & penes hanc semper contestatam ingenuam probitatem, quam omni quaq occasione me Regio huicce Peculio utilem etiam exhibendi promptitudinem, & alacritatem, non tantum cum Victualibus, & id Genus Miscellaneis, vulgo Kräutlerey, Quaestum exercendi; sed Liquores etiam spirituosos epocillandi facultatem abhinc jam indulserat, Grati Animi Sensa satis explicare valeam: ex quo tamen Census fornicum adeo ad Notorietatem elevatus existeret, ut exigua illa summula, quam in exercitium hujus Beneficii mutuare, ac investire possem, una cum Lucello ex ea capiendo, nec vel ad hunc persolvendum, nedum ad me cum Uxore, ac 7. adhuc tenellis miseris prolibus intertenendum sufficeret, & ex quo ne optato tam insignis A. Magistratus in me favoris fructu & effectu ob defectum Fornicis, aut potius talem conducendi modalitatis, carere omnino debeam: sed ut omnem e converso futuram meam fortunam, & felicitatem ipsius precise A. Magistratus protectioni, & Misericordiae Grato in perenne tempus Animo referre valeam, id, ut penes Vacuum murum Curiae Civicae intra hujus Portam Occidentalem, & Nova Macella, usque dum saltem Domus Civica eo nefors etiam extensa non fuerit, mihi Necessarium Tugurium, sive Tabernam ex Asseribus construere liceat, gratiosissime adhuc admitti, perquam enixe supplico, & in omni humilitate persevero.

A. Magistratus.
Zombor Die 7a Januarij 1810.

humillimus, & obsequentissimus famulus Salamon Waisz Gremialis pauper Judaeus.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5 Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
E-mail:info@arhivsombor.org.rs Телефон: +381 25 416 292

P[raesentatum] Zombor 9a Jan[uarii] 813.

Die 15a Janu[arii]
N: 38o.

Ad

Amplissimum Liberae Regiaeque Cittis Zombor Magistratum Dnos mihi Gratiosissimos.

Salamon Vaisz Gremialis Miser Judaeus

Penes vacuum Murum Curiae Civicae contra ejus Portam Occidentalem, pro Mercelle Tugurium, sive Tabernam ex Asseribus construendi Licentiam Gratiosissime sibi admitti supplicat.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5 Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
E-mail:info@arhivsombor.org.rs Телефон: +381 25 416 292

Ann[o] Reg: 35. 813.